

Anno domini. 1275.

Rudolphus comes de habspurg. post longam vacationem imperii. et devotam deum honorem in regem romanorum electus est. cum voto principum. Et rex romanorum designatus hac conditione. ut sequenti anno romam peteret coronam accipere de ca. Confirmatus a gregorio in favore terre sancte. Fuit ei vir prudens in agendis strenuus in armis iustus. deus timens. Cui nil ad excellentiam laudis desse videbatur. Robustissimo quidem corpore ac pulcherrimo aspectu viguit. Consilio quoque ac magnitudine animi ac egregia liberalitate extitit decoratus. Huius conditionibus cesar factus imperavit annis. 19. implicatus multis agendis in regem germanie. Alfonsus quoque persuasione gregorii pape ius omne suum rudolpho concessit. Cum autem rudolphus curie magister otobocari regis bohemie olim fuerat. verum christiane publice profectus inde non minus belli quam domi clarus. missus ad otobocari legatum austriam et carinthiam ceterasque vicinas ytalie. puicias tanquam iuratum imperium repetit. Is ei otobocari quod et primus dicebatur quater bohemie rex. cum obisset fridericus dux austrie sine liberis soror eius margarita hereditatem accepit. hec autem otobocari sibi vitam acciuit. quod non tam coniugii etate quam dotes animo voluens sterile matrimonio duxit. et principatum nobilem consecutus. Et vltimo quod eo tempore carinthiorum principatum tenebat et viri sobole careret accepta pecunia carinthiam otobocari carniolem marchiam sclauonicam et alia tradidit. Repetit igitur rudolphus quoniam nec austria muliebri feudum esset. nec carinthiam in iussu cesaris vltimo venundare potuisset. rennuuit otobocari et imperatori quod aliquando sibi huiusmodi imperato reddidit animo. Sed interuenientibus amicis ea lege reconciliati sunt ut austria imperatori cederet. Exin datus acceptisque filiabus affinitas utrinque iungeret prouincie de quibus lis essent dotales fieret. et otobocari in verba sua iurare more maiorum exposcit. Tandem puocat verbis uxoris otobocari collectis nouis copiis conueniunt ab eo cum exercitibus in campis austrie transdanubium. commissum est atrox plium ipsa die belli ruffi anno sub incarnatione verbi. viij. et lxx. post. cc. et mille. diuque Marte dubio pugnatum. Ad extremum relictus a suis rex bohemie dum fortiter pugnat occiditur. corpus eius permittente rudolpho in bohemiā translatum regio honore sepultum. Et ventzeslaus filius regnum deinde obtinuit. viij. annos natum. marchio brandeburgen. tutorio nomine. v. annis gubernauit. Nicolaus pontifex nihil ducens antiquus quam caroli potentiam imminuere. idque intentatum atque profectum est. vicariatum ei imperium in eturia illi obligatur rudolphum imperatorem excusato sui preterdit quem simulauit opere hierosolime rebus ex constituto afferre requisitum reddidit id a se fieri posse nec debere nisi usurpata carolus dimisisset quam simulatorem utrinque pontifex continuauit. Rudolphus enim hispanie a caroli vicariatu liberate facto delimit romandiola et rauenatum exarchatum pontifici et ecclesie reddidit. Nam post fractas apud forulium bononiensium et florentinorum copias omnis romandiola imperatorias erat secuta partes. Et minima quae singuli darent populi tributa percipiens rudolphus eos privilegio sub imperio titulo liberos esse dixit. tandem rudolphus senio et egritudine profectus ad quem accessit ventzeslaus cum conthorali gutha filia cesaris in Erfordia diem obiit ad Spyrā deductus inter romanos imperatores sepelitur. Anno domini. M. ccc. die. xxij. Julij.



Linea imperatorum
Rudolphus

Conradinus



Conradinus friderici sueui imperatoris ex filio corado nepos. a gibellinis et guelfos in ytalia vocatus. cum maximo alemanorum suorum exercitu veronam primo deinde papiam venit. indeque per carrariensium oppida ad genuensium mare transiit. postea maiore ex longobardia et romandiola gibellinorum opato exercitu adiuuante guidone feretano comite marstalani regis caroli apud aretium interfecit. inde romam concessit. pontifex viterbij cum traesente adolescentem videret. dixit ipsum tanquam agnum ad ceterum produci. Dum enim cum carolo campestri loco pugnavit. Conradinus et austrie dux adolescentem etate. sicut et isortunio pares signa ubi toto plium tempore fuerat relinquentes secesserunt agaloni cuculione precti per deuia latitarunt die autem octavo ab accepta clade cogniti ad Carolum producti publico illos iudicio interfici iussit. Post huiusmodi

conradi mortem ducatur sueuie cum signis suis nobilibus et armis defecit. Cumque imperium romanum duces sueuie usque per annum. 12. 50. gloriose rexerunt.

S. Megwidis

Uenerat ad pontificem henricum adolescentem Richardi regis cornubie olim comitis tunc defuncti filius multa panni olim regna negocia apud sedem aplicam tractaturus. Guido monasterij et ipse adolescentem cum philippo rege franco eodem se contulit. forte accidit utrumque ad rem diuinam sancti laurentij ecclesiam que viterbij est celebris. eadem hora petere. Sed guido docterior ingressus aspectum liberali ac regia potius facie adolescentem caterua famularum stipatum quodam ex suis indicante richardi filium esse didicit. a quo symon pater in anglia per dolum fuerat interfectus nullaque loci tetus reuerentia incautum aggressus interfecit. Equitibus inde suis et pariter philippi regis deducenibus ad ruffum eturie prefectum incolumis peruenit.



Megwidis ducissa polonie. vidua mire scitatur. panni genitrix ex bertoldo marchione badensi. duceque merauie. minum ex agneta filia marchionis orieta et comitis de Rochlitz duxit. in oppido kitzing literis edocta henrico cognomino cum barba duci Slesie in uxorem data. tres filios. totidemque filias genuit. Cuius senior in bello contra tartaros defecit. Nobile monasterium ordinis cisterciensium in trebnitz haud longe avranflauia extruxit. cui filiam gerdrudem cum ceteris virginibus sub prefecit. Et post obitum mariti vitam celibem in eo duxit. Inter ymagines quas venerabat. beate virginis eburneam miro amore amplexabatur. in manibus gerens neque in morte dimisit. Tandem cum in omni virtute ac abstinentia vitam deduxisset longam. felici fine quieuit. quam clemens ob crebra miracula inter sanctas retulit.